

**A**dianitæ vero de Cethurâ? An quia scriptura dixerat de Abraham, quod munera dederit filiis cōcubi-  
 narum suarum Agar scilicet & Cethuræ, & dimiserit eos ab Isaac filio suo in terram Orientis, vnam gentem fecisse intelligendi sunt?  
**CXXXV.** De Iacob scriptum est cum lugeret Ioseph, Congregati sunt autem omnes filij eius & filiarum, & venerunt consolari eum. Quæ filiarum præter Dinam? An filios & filias dicit cōnumeratis nepotibus & neptibus? iam enim  
**CXXXVI.** maiores filij eius filios habere potuerunt? Et noluit consolari dicens, Quoniam descendam ad filium meum lugens in infernū. Solet esse magna quæstio quomodo intelligatur infernus, vtrum illuc man-  
 tantum, an etiam boni mortui descendere soleant. Si ergo tantum mali, quomodo iste ad filium suum gentem fecisse intelligendi sunt? Non enim in pœnis inferni cū esse credit. An perturbati & dolentis verba sunt, mala sua etiam huic exaggerantis?  
**CXXXVII.** Et vendiderunt Ioseph in Egyptum Petrefræ spadoni, præposito coquorum, Nolunt quidam præposito quorū interpretari, q̄ Græcæ ἀρχιμαγιστρῶν dicitur, sed præpositum militiæ cui esse potestas occidendi. Nam sic appellatus etiam est ille quem Nabuchodonosor misit, penes quem potius inuenitur primatus fuisse militiæ. Factum est autem in tempore illo descendit Iudas à fratribus suis ad hominem quendam Adollamitum cui nomen Hiras. Et vidit illic Iudas filiam hominis Chananæi nomine Sue, & accepit eam, & introiit ad eam, & concepit & peperit filium: & cætera. Quæritur quando ista fieri potuerunt. Si enim posteaquam Ioseph deuenit in Egyptum, quomodo intra viginti ferme & duos annos, nam post tātum temporis colligitur eos venisse ad eundem Ioseph fratrem suum in Egyptū cū p̄se suo, fieri potuerit, vt Iudæ filij ei⁹ ætatis oēs possent ducere uxores? Nam Thamar nūrsuā mortuo primogenito suo alteri filio suo dedit: quo etiam mortuo, expēdauit vt cresceret tertius. Et cū creuisset, nec illi eam dedit, timens ne & ipse moreretur. Vnde factū est vt eidem socero suo se illa supponeret. Quomodo ergo hæc omnia intra tam paucos annos fieri potuerint, merito mouet, nisi vt forte solet scriptura per recapitulationem aliquot annos ante venditum Ioseph hoc fieri cœpisse intelligi velit, quoniam sic positum est vt diceretur, Factū est autem in illo tempore: vbi tamen quæritur, si decem & septem annorum erat Ioseph quando venditus est, quot annorum esse Iudas potuerit quartus filius Iacob, quando idem ipse primogenitus Ruben, vt plurimum fratrem suum Ioseph quinque aut sex annos potuerit ætate præcedere. Euidenter autem scriptura dicit triginta annorum fuisse Ioseph quando innotuit Pharaoni. Cum ergo ipse anno decimo septimo ætatis suæ venditus fuisse credatur, tredecim annos peregerat in Egypto ignotus Pharaoni: ad hos autem tredecim annos accesserunt septem anni vbertatis, & facti sunt anni viginti: his adduntur duo, quia secundo anno famis intrauit Iacob in Egyptum cum filiis suis, & inueniuntur viginti duo anni quibus absuit Ioseph à patre & à fratribus suis. Quo medio tempore quomodo fieri potuerint de vxore & filiis & nuru Iudæ omnia quæ narrantur, indagari difficile est: nisi forte vt credamus, & hoc enim fieri potuit, mox vt adolecere Iudas cœpit, cum incidisse in amorem ei⁹ quam duxit vxorē, nondum vendito Ioseph in Egyptum. Et depositis vestimentis viduitatis suæ à se. Hic insinuat etiam temporibus Patriarcharum certa & sua fuisse vestimenta viduarum, non vtique talia qualia coniugatarum. Quod iterum dicitur, Ioseph autem depositus est in Egyptum & possedit eum Petrefræ spado Pharaonis: ad ordinē redit scriptum Tomus quartus.

ra vnde recesserat, vt illa narraret quæ supra digesta sunt. Quod aliqui codices Latini habent, tria canistra alicæ, cum Græci habeant χρυσίον, quod interpretantur, qui vsus eiusdem lingue habent, panes esse cibarios. Sed illud mouet, quomodo panem cibarium potuerit Pharao habere in œcis. Dicit enim in superiore canistro fuisse omnia ex quibus edebat Pharao, opus pistorum. Sed intelligendum est etiā ipsum canistrum habuisse panes cibarios, quia dictū est, tria canistra χρυσίον, & desuper fuisse illa ex omni genere operis pistoris in eodem canistro superiore. Quod putabat se stare Pharao super flumē, quem admodum seruus Abraham dixit, Ego sto super fontem aquæ. Nam & ibi Græcus ἐπιτοίη dixit, quem admodum hic ἐπιτοίη dicitur. Hæc locutio si intelligatur in Psalmo vbi scriptum est, Qui fundauit terram super aquam: non coguntur homines putare sicut nauem natare terram super aquam. Secundo enim hanc locutionem recte intelligitur, quod altior sit terra quàm aqua, alti⁹ quippe ab aquis sustollitur vbi habitent terrena animalia. Quod scriptum est, Oblituscentur vbertatis futuræ in tota terra Aegypti, non futuræ illis qui famē patientur, tãquam postea veniat illis vbertas, sed futura erat tunc quando loquebatur, tanquã diceret, Vbertatis huius quam futuram significauerunt boves bonæ, & spicæ bonæ, obliuiscuntur homines in ea fame quam significauerunt boves & spicæ malæ. Nunquid inuenimus hominem tale qui habeat spiritū dei in se? Ecce iam nisi fallor tentio insinuat nobis in hoc libro spiritus sanctus, id est, spiritus dei. Primo enim dictum est, Spiritus dei ferebatur super aquam. Secundo vbi dicit deus, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis propter quod caro sunt. Et tertio nunc quod Pharao dicit de Ioseph, esse in illo spiritum dei, nondum tamē legitur spiritum sanctum. Et imposuit Pharao nomen Ioseph Phtonphanech: hoc nomen interpretari dicitur, occulta reuelauit, ex illo vtique quod somnia regi aperuit. Aegyptia vero lingua, saluatore mundi perhibent appellatum isto nomine. Et dedit ei Assenech filiam Petrefræ sacerdotis Solis ciuitatis ipsi vxorem. Quæri solet cuius Petrefræ, vtrum illius cuius seruus fuit, an alterius: sed credibilius æstimatur alterius. Nam de illo cur non credatur, multa sunt quæ moueant. Primum, quia scriptura non commemorauit, cum videatur hoc nō potuisse præterire, quod ad illius iuuenis non paruum gloriam pertinebat, vt eius filiam duceret cuius famulus fuit. Deinde quomodo spado filiam habere potuerit? Sed respondetur quomodo vxorem, postea quippe creditur abscessus, vel casu vulneris, vel propria voluntate. Et quod honor eius non ipse commemoratur qui solet, id est, quod ἀρχιμαγιστρῶν fuerit, quem principem coquorum Latini interpretes posuerunt: principem autem militiæ quidam intelligi volunt. Sed etiam hic respondetur, duos illum honores habuisse, & sacerdotium solis, & militiæ principatum. Congruenter autem alibi ille honor eius commemoratus est qui talibus actibus congruebat: hic vero posteaquam in Ioseph apparuit non parua diuinitas, ipse honor debuit nominari soceri eius, qui pertineret ad diuinitatem non paruum secundum opinionem Aegyptiorum in sacerdote Solis. Verum in his omnibus, quia & præpositus fuit custodiarum carceris, nimis incredibile est hūc fuisse præpositum officio sacerdotum. Deinde non simpliciter dictum est, q̄ sacerdos Solis esset, sed de ciuitate Solis, que vocatur Heliopolis: abesse autem dicitur amplius q̄ viginti milibus à ciuitate Memphi, vbi Pharaones, id est, reges maxime commanebant. Quomodo ergo deserto officio sacerdotij sui potuit strenue re-

**D**  
**XXXI.** Gen. 40.  
**XXXII** Gen. 41.  
**XXXIII** Psal. 27.  
**XXXIV** III.  
**XXXV** Gen. 1.  
**XXXVI** Gen. 6.  
**XXXVII** CXXX.  
**XXXVIII** vi.  
**XXXIX** λωζο.

d g i seruise